



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quomodò Deus vult laudari in creaturis & sanctis suis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

in illa passus est, Deus fuit & homo: ideò in memoriam passionis est crux, sed diuinitas Christi ibi honoratur & adoratur. Non vult ergò DEVS in alia creatura adorari, sed in sua essentia & natura solùm: nam illum honorem solus exigit sibi Deus, eò quòd in nulla creatura vllum sit praesidium, quod non ab ipso tanquam autore proficiscatur.

Deus vult laudari in creaturis & sanctis, sed non adorari. Nam hæc duo plurimùm differunt, adorare DEVM in creatura, & laudare Deum in creatura. Adoratio solam Deitatem respicit, & ipsam Dei essentiam & naturam credit, agnoscit & adorat, ab eaque auxilium petit, diligit, timet. At laudare DEVM, respicit opus Dei, quod fecit in creaturis, quando gratias agimus illi, & laudamus quòd illas ad nostrum vsu creauit, mirabiliter ordinauit, qui nobis largitur eas & conseruat. Laudatur quoque Deus in sanctis, quando à nobis glorificatur propter magnifica illa beneficia, quæ Deus contulit in sanctos suos. Sic cantat beata virgo, Lucae primo. Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Galat. primo, & in me laudabant Deum. Sic sanctos laudamus in Deo, & DEVM in sanctis, non autem adoramus. Sic imagines sunt solùm memoria Christi & sanctorum suorum, nullo modo adorandæ: & sunt quasi libri laicorum, quibus student circa verbum Dei, quatenus sequantur CHRISTVM fide & opere, sicut illi sancti eum secuti sunt: Nulla autem virtus ipsis est statuis adscribenda, neque Deus vult alligari certis statuis, humana autoritate potestis, neque in illis adorari aut permixtum habere honorem: Soli igitur Deo honor & gloria sit, vt Apostolus ait, 1. Timoth.

primo.

N S ALTE.